

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Caro siue corpus e
cum fonte primo

Dum carnalis uita corrigitur et usque ad
abstinencie atque oracionis studium a
proficientibus peruenitur, quasi in
altari iam caro incenditur, ut inde in ←
conspectu omnipotentis Domini
sacrificium redoleat, unde prius →
culpa displicebat.

Gregorius in moralibus.

Per quos
dum carnalis uita corrigitur, et usque ad
abstinencie atque oracionis studium a
proficientibus peruenitur, quasi in
altari iam caro incenditur, ut in
conspectu omnipotentis Domini
inde sacrificium redoleat, unde prius
culpa displicebat.

Gregorius Magnus, *Homelie in*
Hiezechielem prophetam, 2, 10, 13
(CCSL 142, M. Adriaen ed., p.388,
ll.324-328).